

## AD LECTOREM.

**H**orum librorum author Rucus, præmiserat bene longam Purgationem siue Apologiam, qua Anonymi cuiusdam censuris in hos libros respondet, & in hoc plurimus est, Figuris certis lapidum seu Gemmarum certo tempore insculptis, peculiare quasdam vires coelestes influere. Eam nos propter prolixitatem simul, & quod synceriori religioni non consentanea, sed Magica potius videretur, omisimus. Excerptimus tamen pauca quaedam, quæ nec superuacanea nec indigna cognitu videbantur, Theologorum præsertim quorundam testimonia: quæ hîc subiecimus.

Quæ de auro Leonis effigie consculpto narraueram, Censor meus (in prima æditione) oblitterauit: tametsi ego me narratorem præbueram solû sententiæ quorundam philosophorum nõ vulgariû, de viribus auro leonis effigie